



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Inquirenda praeicipuè quoad populum in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

## CAPVT XX.

Inquirenda præcipuè quoad populum  
in genere.

**Q**UAMVIS omnia infra scripta  
Parochi ipsi referre deberent:  
quia tamen aliquando, vel timore,  
vel amore, vel etiam, quia nesciunt,  
aliam ex causa, cuncta non omnes fide-  
liter referunt; idè etiam ab alijs fide  
dignis, ætate quidem, vsu, & probitate  
commendatis secretò inuestigandù est.

An sciant, credant, aut fama sit aliquè  
esse hæreticum, vel hæresis suspectum,  
vel libros prohibitos habere.

An sciant, &c. aliquem esse excom-  
municatum vel interdictum; & quare,  
& quamdiu.

Aliquem inconfessum; & quitempo-  
re Paschatis sanctissimum Eucharistia  
Sacramentum non susceperit.

An sciant &c. aliquem adultum fidei  
rudimenta ignorare.

Aliquè in Eccl. indeuotè, minusq; piè  
ac contra ed. ctù de reuerenti in Ecclesia  
conuersatione versari; Aut candelas in  
Ecclesijs, vel etiam in cœmeterijs ven-  
dere: quod non licet.

Aliquem dies festos violare.

Missam integram diebus festis deuotè,  
& attentè non audire.

Quadragesimam, aliam è ieiunia, præ-  
sertim quando in diem festum incidunt,  
non obseruare.

Aliquem erga parentes imp. è se ge-  
rere.

Aliquem filias, vel sorores prostitu-  
ere.

Aliquem filiorum curam, ac disci-  
plinam negligere.

Aliquem blasphemum, maleficum, v-  
surarium, concubinarium, aleatorem,  
vel quouis alio modo peccatorem pu-  
blicum & scandalosum.

Aliquem discordiam, inimicitiam uè  
grauem, rixam, vel odium habere, aut  
inter alios faminare, aut fouere.

An sciant, &c. aliquos illegitimè ma-  
trimonio coniunctos.

Aut thoro separatos.

Aliquem teneri ad persoluenda lega-  
taria, vel decimas, seu primitias, qui  
non soluat.

Aut bona Ecclesie vsurpare.

Aliquem pupillos, viduas, aliasq;e  
miserrabiles personas opprimere, co-  
rumq;e bona indebitè occupare.

Aliquem iudicem, vel magistratum  
secularem, causas, & querelas Ecclesia-  
sticas, spirituales uè cognoscere; aut Ec-  
clesiasticam libertatem, & immunitatem  
aliquo alio pacto violare.

Aliquem filios, famulos uè, qui in  
pascendis bestijs occupantur diebus fe-  
stis ad audiendam Missam non mittere.

Plura alia etiam colligi possunt ex  
interrogationibus, quæ ab Episcopo,  
seu ab eius delegato testibus synoda-  
libus faciendæ sunt, quas Burcard. re-  
centet. Et alia ex Synodo Coloniensi su-  
Adolph. 3.

Hæc, quoad inquisitionem, & cogni-  
tionem.

Quæ autem in his Visitator præstare  
debeat, videnda sunt.

CAPVT

Sec. sub  
num. 28.

gloss. in  
pung.  
sanc. de  
spee. in  
Eccl. nò

Borell.  
lib. 1.  
cap. 94